

vicia innotia; adeo, ut ipsi mirentur, subdillias, quasi in planum deduci, & evanescere. Spes ergo in Deum omnes montes complanat. Cornelius hic.

Quis revolvat nobis lapidem. Marci 16, 3. Erat saxum magnum; sed non sunt deterrita à praestanti bono opere: pergunt, non deterriti, ondam animum; quodque minime putabant, lapidem ab Angelo revolutum inveniant, apertumque sepulchrum. Docent nos, ne pusillanimes simus, animusque objectis difficultatibus ne despondamus. Deus enim, etiam lapides esse videantur magnum; revolvat, difficultates complanabit. Barradius hic t. 4. l. 8. c. 6.

S. I I I.

Christus Dominus difficultates complanavit.

Fuens ad eum omnes Gentes. If. 2. 2. Nota miraculum: flumina enim deorsum fluunt; hic vero fluunt sursum, in altissimum montem ascendendo. Hoc facit gratia Christi, quae sursum corda rapit. Cornelius argumento in If. 1.

Et egrossum vos. Matth. 11, 28. Non dico, tollam laborem, sed onus vestrum; sed, refocillabo vos. Non promittit Christus, tollere labores, & malorum onera, in hac vita; sed reficere interiori pabulo mentes, animosque hominum venientium ad eum. Cajetanus hic. Id est, confortabo, & consolabor vos, minuentem g. avitatem laboris; ut opera bona, quae cum difficultate, & rudioque, fecistis; cum fervore, & gaudio, facere inchoetis. Dion. Carthus. hic.

Petrus ambulabat super aquam. Matth. 14, 29. Priusquam Deus heret homo, homines non deambulabant super aquas; sed per ficeum transibant. Sic ad ingressum Israel mare dividitur Ex. 14, 21. Per aentem alycum transit Israel Jordanem. Jos. 3, 15. Elisaeo divisae sunt aquae huc, atque illuc, & transit, scilicet per ficeum, ut ibi explicat Abul. 4. Reg. 3, 14. At ubi Deus factus homo, deambulat Petrus super fluctus fenele, & iterum; & plures alii Sancti. Mare notat. Mundum plenum fluctibus calamitatum. Et antequam Christus relagus hoc calcaret, cuncti id horrebant; & at ubi ille super illud incescit, plures habet asseclas. Sylveira in Luc. 5.

Et aspera in vias planas. Luc. 3, 5. Patientia sua Christus lenivit omnes asperitates, morte montem Martyrii: humilitatis, virginitaliter, antea asperissimum, à paucis tritum; modo à plurimis curritur. Stella in Luc. 3.

Omnia vallis implebitur. Luc. 3, 5. Tertull. l. 5. contra Marcion. Christus colles aequavit vallibus, & obliqua dirigit in rectitudines, & campos: quia omnes Legis difficultates, in Evangelii facilitates, & aequitates, convertit. Titus Bostr. per valles, difficultates in via virtutis occurrentes; per montes, & colles, malignos spiritus; & internas, externalque, perturbationes interpretatur. Sylveira hic.

S. I V.

Difficultatum origo ex ignavia, & timore.

Iter pigrorum, quasi sepes spinarum; via infirmorum absque ostendulo. Prov. 15, 19. Hebr. via pigri, vulg. septicium spinarum, & semina reclinum complanata. Alludit ad hortos sepius spinarum obseptos. Sicut enim viator, qui vult fructibus hortorum gaudere, necesse est, ut sepes spinosus transeat; sic, qui vult fructibus virtutum frui, sepes tentationum, & difficultatum, perumpat. Genitio sic explicatur: iter ad honestas virtutes pigrius videtur nimis durum, arduum; imperium quasi spinis septum: via autem iustorum, qui strenue progrediuntur in via iustitiae, absque ostendulo, facilis, & tuta. Cornelius hic.

Dicit piger, leo est foris. Prov. 22, 13. Syr. dicit piger, quando munitur, leo in via. Pigri enim, ne cogantur laborare, & labore sibi victum parare, fingunt sibi mille inanes metus, & pericula, ac parvas difficultates astant maximas; & ex formica faciunt sibi leonem. Hebr. dicit ut fel, id est, piger, & tardus in larasini: Leo est foris: asinus enim mire formidat leonem, quasi hostem propria sua vita insidiantem, ut carnibus ejus pascatur. Hinc illud Eccli. 13, 23. venatio leonis sauger in eremo. Cornelius hic.

Dicit piger: Leo est in via. Prov. 26, 13. Pigri, & scleratis, leo est leo; at sedulis, & sanctis, Leo est canis: eis enim servit, & obsequitur, ut canis suo hero. Joannes Moschus in praeo Spir. c. 181. narrat: Leonem Joanni anachotera inter duas arctas sepes occurrentem, illi iter aperuisse, & sepes dorso amovisse, donec Joannes transeiret. Ita leo iusto iter sine impedimento praebuit; post ejus transitum & ipse leo de sepe exurgens pergit iter suum. Cornelius hic.

Sicut solerem virum, animo, & proposito alacrem, nulla res detinere potest; ita legem, & remissum, hominem omnia possunt impedire. S. Chryl. t. 6. or. in SS. Petrum, & Eliam.

Vide plura cit. Timor.

S. V.

Difficultates sentiuntur in divinis, spiritualibus; non item in vanis terrenis, & malis.

Ex Veteri.

Quatuordecim Jacob servit apud Laban, imminutus sic stipendiis. Gen. 29, 27. At sub Christo si triduum subsistamus in deserto, deficiamus Marci 8, 2. Ecce jam vidus sustinent me. Ibi anni, hic horae, supputantur. Oliva D. Palmarum.

Cum Moyses Dei iussu virgam suam abjecisset, versa est in calabrum, ita ut fugeret Moyses. Ex. 4, 3. Cur fugit à Numine? serpens adest. Et quot annos Moyses in deserto moratus serpentes aspexerat, & despexerat? aderat DEO. id. ib.

Ludere cepit populum itineris, ac laboris. Numer. 21, 4. Quenam populum tædet? eum, qui, paucis ante mensibus, excoquendis lateribus opprimebatur servitute; virgibus, fame tantum non eneclis in Egypto? Ex. 5, 16. palea non dantur nobis. Ad Dei iussu piget vel regnare in libertate; quibuslibet sub Pharaone non premi tantum, sed mori. Proh jugi divini impatientiam! etiam manna fallidimus, si pluat è caelo. Esurimus pepones & cucumeres; si eos Aegyptus praebet &c. Id. l. 1. Strom. hic.

Cum periculantur in acie Israelitae, eo arcam ducendam curant. 1. Reg. 6, 1. at capta Arca tanta incuria, & oblivio; ut de ea recuperanda ne semel quidem deliberaverint. Id. D. Palmar.

Ibent voca in divinum pergentes, & mugientes. 1. Reg. 6, 12. Proh! quates graviora traxerunt, & durius laborarunt; nec mugierunt. In itabulo emunguntur, & silent. Tacuissent credo, si aratrum duceret per diem, noctemque, coactae essent; arcam sine mugitu non trahunt. Et eas non miror: nam bruta erant; & forsitan dolebant, à se derelictos vitulos. Nos vero qua exultatione mugitus nostros tegimus, qui aratrum trahimus non raro latri, & infomnes; arcam vero orationis circumducimus, & mugimus? sufficit tota die in agris astanti; quos fupes quadrante uno aris addare sine ejulatione non posse. Idem lib. 4. Strom. hic.

Ad mandatum Saulis continuere se cohortes à melle in saltu desuo. 1. Reg. 14, 27. Et aqua, ac pane abstinere necesse propheta, quem leo praefocavit in via. 3. Reg. 13, 9, 13. &c. Libert à deliciis abstinere pro lauro; necessarius cohibetur à frigida, si obsecuti sumus Deo abstinentia nostra. Jejunant centurias à melle pro duceto: pro Deo suo prophetae à potione frigida; ne poena quidem minis cohibentur. Id. l. 1. Strom.

Leprosus Naaman lavari pro incolunitate sua abnuit. 4. Reg. 5, 13. pro qua verisimile est dura passum in Syria; qui modo ne Jordane quidem amantissimo amne perfundi vult. Si medicus urat, nemo reclamans; si propheta diluat, nemo non latrat: voluptuosum est mergi flumine; si tamen non èo à propheta mittantur. Id. l. 1. Strom.

Et fecerunt vitulum in Horeb. Psal. 105, 19. Quam liberalis, & quam superstitiosa supersticio est! sed nobis quam parca, ignarum consilii religio! ut peccetur, nihil non relinquunt; ut vero litemus Deo, grana vertuntur in trabes; in montes excreverunt arenae. Ut tabernaculum Deo extrueretur, infundi debuit sapientia è caelo in architectos. Ex. 31, 6. Idolum vero nulla lege lata, nullis designatis artificibus, nullis conquisitis instrumentis, statim constatur. Exod. 32, 4. & quidem aureum in eremo. Ubi nulla aurificina, rerum omnium inopia; tamen, ut monstrum colatur; praesto sunt sulfures, officina; aurum, sacerdos, victimae. Quam plures reperies; qui, si moituro, tantum obolo, imò bolo, opitulandum sit, inopes se clament, moxque mendicatorum, si mendico subveniant: quos tamen videas ad nutum principis, tantum auri, argenteique, profundere; ut Pervanas credas fodinas in eorum aedes translatas. Nimirum Irus, quisque est, cum DEO erogandum; nemo, ut ambitioni litet, non ditior est Cræso. Id. t. 2. Strom. hic.

Ex Novo.

Si Dominus opus habet a seculo. Matth. 21, 3. nemo illum mittit, nisi monatur; si vero quadrigis ambitio vehi optet; & Bucephalus Pella, & Pegafus è Thessalia, adducuntur. Oliva Dom. Palmar.

Incantat eos dormientes. Matth. 26, 40. Excubare una non possunt hora inter lilia, & oleas horti; qui vitam inter nallas labore magno traduxere. Luc. 5, 5. per totam noctem laborantes nihil cepimus. Audin? Qui vigilare in horto una tantum hora pro Christo, toties excitatus, non potest; unam exegerat noctem infomnem in lembo, captandis nequidquam piscibus intentus. Ita pro Christo nihil non durum etiam remigibus, quibus nihil non pro luctello volupe. Id. ib.

Dominus, non est tibi cura? Luc. 10, 40. Putasne adfuisse Mariam Martha, quoties illa cognatis, & nobilibus, cenans instruxit? vagabatur illa; otio, & deliciis, dissoluta. Sed enim modò verbo DEI

DEI intendebat. Ergo se non tunc credit Marthae à Sorore in procuratore familia destitutam, cum illa illecebris solveretur; sed tunc se desertam queritur, cum Christo haeret: adeoque ipse etiam exceptoribus Jesu nihil ita onerosum est, ut laborare pro Jesu. Oliva l. 1. Strom. hic.

Da mihi, qui unam in Ecclesia hebdomadam perferet, ut paralyti cordis solvatur. In piscinae porticum Jo. 5, 5. erat quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Id. ib. Vide apud eundem plura D. Palmar.

Item vide plura tit. Fortitudo, Fiducia, Magnanimitas. Quatuor sunt difficillima homini: aliena possidere, & ea restituere; contumelias audire, & tacere; injustitiam irrogari, & hoc debere pati; desiderabilia tractare, & non frui. S. Thom. opusc. 37. de vitis, & virtut. c. 4.

Diffidentia sui. Videtur. Fiducia, Spes.

TITULUS VIII. DIGNITATES.

S. I.

Variae, fugaces.

Ex Veteri, & Novo.

Videtur in somnis scalam. Gen. 28, 12. Scala est hujus Mundi inconstantia; in qua aliè è summo deiciuntur in imum, alii ex imo evehuntur ad summum; idque ad DEI nutum, & voluntatem; qui calx huic incumbens eam dirigit. Philo lib. de somnis.

Haec est interpretatio somni. Gen. 40, 12. Vidit hic pincerna symbolice per somnium suum statum, puta pincernam restitui; ut hoc ipsi significaret DEUS, dignitates, vitam, resque humanas, tantum esse somnium. Cornelius hic.

Ita, & posse pedes super colla regum ipsis. Jos. 10, 24. Numtatum est Josue, quòd inventi essent quinque Reges latentes in spelunca: hos Josue iussit proferri de tenebris in lucem, & calcari. Abulensis: Fecit Josue, ut reges illi extenderentur in plano, & principes ponerent pedes super colla transeuntis, & proculcantes eos, velut lutum. Et cur modò pede prementur capita, quae pretiosa ante onavere diadema? quia de tenebris ad lucem adducti. Naxer hic §. 48. & addit: quidquid uti eximium stupemus, si de tenebris proferamus ad lucem, calcabile reperiemus.

Vidi impium in propeccatum & transivi, & ecce non erat. Pl. 36, 35. Quò transivit David, ut tam cito evanesceret pompa? transivit mente ad contemplandam Dei gloriam; Elias Eremita orat. 3. Nazianz. ait: quid illud est, quod transiit iustus, ut illa ceteri elatio? Cùm videmus extolli impios, & in nimiam superbiam crescere; transcamus & nos mente, & intellectu, & ab his, quae videntur, & temporalia sunt; & transferamus intellectum nostrum ad caelestia, & aeterna; & tunc omnis Mundi alitudo cornu tamquam nihilum. Sylveira in Act. cap. 1, q. 8.

Faciunt hicera tabernacula. Luc. 9, 33. Cur non de domo extruenda, sed tabernaculo cogitat Petrus? fortè ut significet; non diuturnam regni, & dignitatum, felicitatem esse; tentoria, non domicilia, de lineavit. Tabernaculum itinerarium diversorium est, opportunum felicitati, in qua non diu subsistitur. Oliva l. 13. Strom. hic.

Falla est nubes. Luc. 9, 34. En quòd felicitas recidat! en quomodo apparatus ille Mejjestatis evanuit! en, ut sol genarum veritatis in nubem! Ita ut plurimum solemnitas potentia nubilo excipitur; & fortuna agnatum secum trahit nubem lacrymarum. Sili succedunt nubes; splendor umbra funestatur; rutilantia indumenta tandem innumbrantur. Oliva l. 13. Strom. hic.

Si autem, quod hodie in agro. Ec. Luc. 12, 28. Quod antè liliolum dixerat, nunc, mutato splendore vocabuli, foenum vocat: ut nostri temporis Salomones, qui se lilia jactant, foenum se esse intelligent. Nam liliolum quidem comparari Salomon, Salomoneque, possunt. Cum omni gloria sua liliolum non potest non esse foenum; cujus pompam omnem sapienter Christus vestem dixit: ut dicas, non innotam nobis esse felicitatem, sed additam, eam quandoque deposituram. Liliolum es, non ille securus. Liliolum quoque computatur in sceno; quod hodie nive candore exequat, cras igni immittitur. Id. hic.

Nubes sine aqua, quae à ventis circumferuntur. Judæ v. 12. Dici potest, esse nubes sine aqua, quae à ventis circumferuntur. Nubes fit ex vapore à terra, calore virtute excitato: quae ita in aere extenditur, ut caelum contegat; & vix aliud, praeter eam, videatur. Sed nunquam in eodem loco manet, & huc illuc, à ventis circumferitur; & tandem paulatim consumitur. En Symbolum humanarum dignitatum! videre enim est, aliquos è terra pulvere, humani favoris vi, ad tantam dignitatem elevatos, ut caetera omnia occultare, & obsecrare, videantur; sed nunquam in eodem statu quiescunt; nam invidia, odio, inimicitias, & aliis molestias, agitati, inquieti vagantur; & tandem ad terram,

ex qua excitati sunt, miseri revertuntur. Diez de Incam. Dom. Conc. 3.

Leo XI. Pontifex, Florentinus ex familia Medicea, in insignibus gestabat rosam, cum hoc Lem. sic flori. Verus sibi fuit vates; nam paucis diebus in Pontificatus culmine stetit, & floruit intar rosa. Corn. in Sap. c. 2.

S. I I.

Dignitates in morte vilescunt.

Non nulli indicant scientiam. Pl. 18, 3. Nox est, quae umbra mortis sedentes homines omnis boni scientiam revelare contendit. Nocturnis in tenebris terrena omnia, quantumvis splendida, horrent tenebrosa induta caligine. Nihil oculis gratum, nihil regia palatia discrepant à sepulchris; & ferales luci, & delictosi horti, confunduntur. Unum caelum splendat, totumque luminibus distinctum oculos complet humanos, complendo allicit, & alliciendo delectat. Bazza l. 3. c. 4. §. 5.

Inclinato capite. Jo. 19, 30. Titulus Crucis, hostibus Christi, ejus gloriae invidentibus, invisus. Quòd Dominus, ut splendendum titulum etiam in morte, se despiciere ostendat, caput inclinavit: quasi ipsum à regio titulo averteret. Vides liliolum excelsum languido capite? Incerto Authore.

Leo XI. Pontifex, cùm 27. sui Pontificatus die, gradu, & vita, decederet; Confessorio magno animi sensu dixit: quam famulus mihi modo foret, si Monasterii potius, quam caeli claves, tenuissem. Cornelius in Ecclæ. c. 11.

Hadrianus sextus hic situs est; qui nihil sibi infelicis in vita, quam quòd imperarar, duxit. Platina in vitis Pontificum.

Cardinalis Alexandrinus. Pii V. nepos jam jam moriturus: quàm, inquit, optarem in hac hora, totam vitam meam in religione mea transigisse (Dominicanus erat) sanè jam mallem me tota vita fervisse coco Monasterii mei, quam Cardinalem egisse. Paulus III. Pont. Anapman agens: mallem, inquit, me subjecisse coco familiae Capuccinorum, quam hanc DEO proximarum, sex, & decem annorum curriculo dignitatem sustinuisse. Cornelius in Apoc. cap. 3.

Carolus Siciliae Rex moriens: o vanas hominum cogitationes! quid mihi jam regnum prodest? Quàm praefaret jam, pauperem fuisse, quam regem. Cornelius in cap. 50. Gen.

Cornelli Musii in Hollandia Martyris carmen: Vive ut vis; sed cum aegerabis, Justis lacrymis damnabis. Omnes Mundi insulas. Et cum moti propinquabis; Tunc, sed sero, provocabis Ad beatas cellulas.

O beata solitudo! O sola beatitudo! Pius secessitoli!

S. I I I.

Dignitates in vivis spretae, & spernendae.

Ex Veteri.

Ad praedam, sili mi, ascendisti, requiescens accubisti ut leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum. Gen. 49, 9. Ubi sermo est, juxta Patres, de Christo Domino; qui ascendit, seu currit, ad praedam: ut scilicet homines eriperet à devorantis ore leonis. Quis suscitabit eum? nisi DEUS Pater, ut explicat S. Greg. lib. 11. moral. cap. 28. Galat. 1, 1. quem DEUS suscitavit à mortuis. Cùm ad generis humani redemptionem veniret, dicitur, quòd ipse ascendit, & cucurrit; ad gloriam autem corporis, quòd Pater excitavit eum: quia ad ea, quae charitatis erant, Christus D. praevolabat; ad ea vero, quae dignitatem, majestatemque praeferebant, ita erat humilis; ut dicitur, quòd Pater suscitaverit eum. S. Greg. 1. p. past. cap. 3. ad Jo. 6, 15. rex fieri noluit Christus; ad Crucis patibulum sponte pervenit. Oblatam gloriam culminis fugit; poenam probroque merito appetit: ut membra ejus dilecerent; favores Mundi fingere, terrores minimè timere. Sylveira in Luc. 1.

Tolle soine, silium Nun, virum, in quo est spiritus. Num. 27, 18. Ita dixit Deus Moysi, cùm pollularet à Domino populo Praefectum. Cur usus hoc verbo tolle, & non assume? quia vocabulo tollendi aliquem, significatur, eum ad necem deducti. Gen. 22, 2. Tolle Filium tuum unigenitum. Jo. 19, 15. tolle, tolle, crucifige eum. Abulens. tolle Josue? significat quamdam deductionem non voluntariam, scilicet ad necem. Efcobar. t. 3. colloq. Chr. sect. 2. obf. 11.

Adonias elevatur dicens: ego regnabo. Fecique sibi currus, & equites. 3. Reg. 1, 5. Aliter Joseph Gen. 41, 43. fecitque eum ascendere super currum suum secundum. Adonias sibi ipse parat, ineptus regno praeripit honores; Joseph quasi vi illata intraditur. Sylveira in Luc. 10, q. 5.

Veni de Libano Sponjama; Soror mea veni; veni coronaberis. Cant.

Cant. 4. 8. Virgo sapiens à DEO vocata ad regnum femel, iterum, acertio; cunctatur, in dubio est, timer. Gilbertus. 29. vide, si non morose de Libano egreditur, quæ tories vocatur. Sed quid timer vocata ad metedum regiam? Gilbertus iterum: optanda quidem lucra; sed metuendus est lapsus. Velloso in Judith 1. v. 4.

Ex Novo.

Offendit ei omnia regna mundi. Matth. 4. 8. Hieron. & Cajetanus, ajunt, in omnibus tentationibus voluisse diabolum investigare, num Filius Dei esset? Author. Imp. op. hom. 5. offendam illi omnia regna Mundi, ait Lucifer: si concupierit ea, scio, quia homo est; si autem contempserit, scio, quia Filius Dei est. Escobar. t. 2. perlec. Chr. l. 3. obf. 1.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17. 2. Cur scilicet non transfiguravit? S. Anton. Ulyss. l. 2. D. 2. Quadr. in hoc notatur humilitas. Sed ipse Sathanas transfiguravit se in Angelum lucis. 2. Corinth. 11. 14. Assumptus est in celum. Marci 16. 19. non ait, assumptus se; cum tamen propria virtute ascenderit. Gloria ipsum quasi-vit, non ille gloriam. Sylveira hic q. 7.

Cogitabat, qualis ista esset salutaris. Luc. 11. 29. Cur Virgo tam festinanter tendit ad Elisabeth? cum cogitabunda fuerit ad respondendum Angelo? Et iterum querit: quomodo fieri istud? Vide divinum ingenium; ad honores, ad dignitates acceptandas, cunctatur; ad opera vero humilitatis velocissime prævolat. Sylveira hic q. 7.

Designavit & alios. Luc. 10. 1. Cur ex his Discipulis nullus offerret, sed omnes designantur à Domino? Magni animi, & præclarissimi, videbatur, si quis se Domino offerret ad prædicationis munus; tamen nullus ex his id fecisse legitur: quia talis dignitas erat præcellens, & honorifica. Hebr. 5. 4. nec quicumque sumit sibi honorem; sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sylveira hic q. 5.

Fugit in montem in se silus. Jo. 6. 15. Fugere docet honores, & gubernacula. Escobar. t. 1. mirac. Chr. hic obf. 6.

§. IV.

Dignitates obnoxie ruinæ, & depressioni.

Steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescerunt. Jos. 3. 16. Per maris rubri profunda populus non properavit. Erat enim aqua quasi murus à dextra eorum, & leva. Ex. 14. 22. Discrimen: marini fluctus in muros surgunt tota nocte; & Jordanis repetitè superbos in montes exurgit: sciunt enim repentinum culmen celserrime inclinare in ruinam. Mare, ait Lipomanus; Deus primò divisit, deinde arefecit. Naxera hic §. 23. & subjungit: male firmata est repentina altitudo, & gradibus non adepta felicitas.

Tulerunt unum lapidem. 1. Reg. 17. 49. In caput Goliath lapis dejectus est: semper enim adversa manus altioribus paravit insidias. Vel ingenti clypeo menbra protegere gigas non potuit; quia grande corpus se vulnei objecit. Ne lapidis straretur ictus, suspecta moles in causa fuit. Seneca de tranquill. vit. c. 8. habiliora sunt corpora pusilla, quæ in arma sua contrahi possunt, quam quæ superfunduntur, & undique magnitudo sua vulneribus objicit. Rota, quò altius effert, deprimit citius. Facilius labiles aquæ calcantur, quam dignitatum vertices gradu figantur. Id. in Jos. 22. §. 9. Percussit Philistham in fronte, & infixus est lapis in fronte ejus. In tam procerò corpore solum caput plagam admisit. Illi parti, quæ albis eminebat, ictus funeitus contigit; & quia altior, ictui patenter. Idem in Jos. 8. §. 32.

Magna arbor & proceritas ejus contingens calum/fuciditate arborum. Dan. 4. 8. Unde advertis, ò vigil! arborem tam pulchram subjacere ruinæ? Richard. 3. S. Vict. lib. 2. de erud. inter hep. 2. cap. 14. hæc fortassis successio causa extitit, quòd ejus altitudo nimia fuit; & hoc ei extitit causa ruinæ. Escobar. t. 6. parab. Chr. Obf. 1. Excelsa periculofus sunt; & citius corrumpunt, quæ sublimia sunt. S. Hieron. hic.

Statuit enim super pinnaculum templi. Matth. 4. 5. Eccelsis locis, dignitatibus, vult precipitare. S. Isidorus. l. de summo bono c. 51. quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in majori versatur periculo. Barradius D. 2. Quadr. hic.

Ceciderunt in faciem suam, & immerunt valde. Matt. 17. 6. Cum audita est vox: hic est filius meus dilectus. Euthymius: atque prius in Jordane facta est vox hujusmodi, & nullus quicquam tale passus est. Est discrimen loci: Thabor alius locus; duxit illos in montem excelsum: In loco plano erant, inquit Euthym. ad Jordanem. Did. Nyff vit. Abrah. l. 4. c. 1.

§. V.

Dignitates periculofæ, metuendæ.

Es civitas hæc juxta, ad quam lothum fugere, parvas & salubres in ea. Gen. 19. 20. Timet Lothalta; parva securitatem eligit. Sæpe fastidium infelicitatis mater. Naxera in Jos. 1. §. 54.

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Psalm. 44. 4. Si potentissimus, ad quid gladius? Immo, quia potentissimus, gladio accingatur: tunc enim immo in eum coronabuntur. Id. ib.

Duos velabant faciem ejus, & duos velabant pedes ejus, & duos velabant. II. 6. 2. Cur ex alas non adhibent, ut ad altiora felicitus dirigant motum? cur non quatuor faltem alas explicant, ut pernicius ad felicitatis apicem evolent? ut nos doceant, quam periculofa sint culmina: sic alas disponunt, ut quatuor quasi quibusdam vinculis Domino alligentur, quò tutè duarum volatu efficerentur. Alis caput, pedesque, ambiunt; initium, & finem respicientes. Id. in Jos. 14. §. 37.

Tunc omnia tibi dabo. Matth. 4. 9. Quam periculofam sublimitatem obtulerit, pater ex responso: vade Sathana, id est, adversarie, hostis. Non sic vocat lapidibus oblati, non in pinnaculo templi; sed cum ei regnum obtulit. Escobar. t. 5. proph. Chr. obf. 5.

Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12. 32. Mirum timore percelli, non tangi ambitione pusillos. Timet etiam, dum meretur, humilitas, quod aliis novit causam extitisse ruinæ. Verùm si Apostolos, uti oves in medio luporum missos, pavidos non fuerat expertus, ad regni consortium vocatos timeret timidos? Chrysol. f. 23. promissionem regni sine timore servilis status audire non sufficit: quia qui libertate vix dignus est, capere non valet insulas principatus. Dominus ergo fervorum mentes tali voce confirmat, nè eos repentinus regni promissi profertat auditus. Regnum velle servum; crimen est; audire periculum; temeritas non timere. Ita ille. Temeritas est, non timere; si heri servus, hodie ascendat culmen regni: Naxera in Jos. 4. §. 23.

Mulier amittit sole fugit in solitudinem. Apoc. 12. 1. 6. Cur cœlum deferens ad solitudinem fugit? in solitudine nihil excelsum, non sole micat; ibi turior. Id. in Jos. 1. §. 54.

Quid est potestas culminis? nisi tempestas mentis: in qua cogitationum procellis semper navis cordis quatitur, hic, illicque incessanter impellitur; ut per repentinos excelsus oris, & operis, quasi per obvia saxa frangatur. S. Greg. l. cur. pastor. p. 1. c. 9.

§. V I.

Dignitates noxiæ.

Et in uno canistro, quod erat excelsum, portare me omnes cibos voleque comedere ex eo. Gen. 40. 17. Alia canistra cibos habent, & quidem avibus non insulso; sed tamen ad unum hoc convolant, illoque pascuntur: quia reliquis altius & ditius; Naxera in Jos. 8. §. 3. 2.

Quidquid molculius sexus nasum furis, in flumen proicitur. Ex. 1. 20. Postor texus naufragium subibat, & præstantia creabat periculum. Id. ib.

Dignitates sunt figuratæ per montes Gelboe, de quibus dicitur. Reg. 1. 21. montes Gelboe, necros. Sanctus Bonaventura serm. 109.

§. V I I.

Dignitates obnoxie peccatis.

Quanta sit peccandi occasio in dignitatibus, conspicitur in rege Saule, qui silus unius anni erat, cum regnare coepisset. 1. Reg. 13. 1. Glossator Chaldaicus ait: in quo nulla erant peccata. Itaque, quando Saul in regiam dignitatem evectus est, purus, & absque peccato erat, velut puer unius anni. Postea verò in illa dignitate regia ita se pervertit, ut in statu damnationis mortuus fuerit. Gusefudus Clarendallensis Prior, electus Episcopus Tornacensis, & ab Eugenio Papa, & à S. Bernardo coactus, ut onus subiret, omnino renuit; sed prostratus ad pedes S. Bernardi dixit: Monachus quidem fugitivus esse potero, si me cecis; Episcopus vero nunquam ero. Post mortem apparetis cuidam Monacho, illi querenti; quomodo tibi est dixit, bene. Sed reflatum est mihi à SS. Trinitate: quòd si in Episcopum promotus fuisset, in numero reprobatorum fuisset; sed cum essem ex Electis, omnipotens Pater misericordiarum, me dignitatem mihi peccatis recipere non ordinavit. Diez Ambitio.

Designavit Dominus & alios septuaginta duos. Luc. 10. 1. Cur ex duodecim Apostolis unus proditor? ex Discipulis vero in multo majori numero omnes probi, juxta probabiliorum sententiam. Resp. Apostoli in suprema dignitate, Discipuli verò in inferiori, erant. Ex magno gradu faciente lapsus. Sylveira hic quaest. 6.

Nescis, quia potestatem habeo, crucifigere te? Jo. 19. 10. O miserum te! Pilate. Melius tibi esset, si potestatem talem nunquam habuisses; cum tam horrendum peccatum cum illa commiseris. O quantis præstiterit, in tremibus remigasse, aut porcos in agro pavisse, in frigore, fame, nuditate; quàm ad summos gradus aspirasse, in quibus magnas Dei offensas incurrerunt. Diez conc. 1. festo S. Philippi.

§. VIII.

§. VIII.

Dignitates obnoxie fastui.

Dominata vestri in Judic. 8. 22. non dominabor vestri v. 23. Firmus est in repudiando sceptro catus, & cautus, teste Abulenti q. 20. ut non superbiret; principatum non accepit. Velloso in Judith 1. Parenet. 4.

Sub poena mortis vetitum erat, regem Assuerum, non vocatum, adire. Eth. 4. 11. Rupert. l. 8. de Victor. c. 10.

Nimirum hoc venerat ex nimia ventositate miseræ vanitatis; ut rex magni imperii plusquam homo, putaretur habere aliquid, nec vilior fieret ex usu publicæ visionis.

Floris virga. Ezech. 7. 10. Lyr. sceptro florere visus est. Quid inde? germinavit superbia. Regni flores superbiæ fructum peperere. Velloso ib.

Solent plerique mortalium; cum ad majorem dignitatem pervenerint, animos quoque simul attollere, ac majores spiritus fumere. S. Chryf. ep. 79. Gamello.

Summus locus bene regitur; cum is præest, vitis potius; quàm strabus potestatem. S. Greg. Mor. l. 25. c. 19.

Sicut gemma multò melius obscuro loco splendens, quàm meridiana lucet; sic multi, cum privatam agunt personam, longe præclarior se gerunt, & odorem boni nominis habent; quàm cum publicam obtinent dignitatem. Diez Ambitio.

§. IX.

Dignitates sunt viaz ad orbem.

Quod de carcere, cæcisque interdum quis egredietur ad regnum. Eccl. 4. 14. Dio orat. 4. de regno: apud Perfas accipiunt unum ex captivis ad mortem, collocantque in regis thronum; & eundem illi dant vestitu regium, & imperare sinunt, ac vivere, & deliciar: & nemo illum vetat quidquam facere, quæ velit. Post hæc autem exutum, virgisque cæsum suspendunt. Cujus rei putas hoc esse signum, & quom ob rem fieri apud Perfas? nonne ideo, quòd sæpe numero stulti homines, & pravi, talem potestatem, & nomen adipiscuntur; deinde aliquando tempore viventes, turpissime, atque occytime peridunt. Cornelius hic.

Hæc potestas videtur esse celsitudo; sed est locus infimus, tanquam Inferno proximus, & à cælo remotus: facile enim inde ad Infernum descenditur. S. Thomas opusc. 38. de crudelit. princip. cap. 1.

Multorum dominatio, est totum damnatio: quot enim paupertas ad cœlum promovet, et cum dignitatibus suis Infernus absorbet. Besenf. ep. ad Priorem de Monasterio.

§. X.

Dignitates sunt onera.

Do tibi partem unam extra fratres tuos. Gen. 48. 22. Dicebat Jacob Josepho, S. Hieron. legit; do tibi humerum unum. Carolus V. jam senescens, onerum Reipublice pertaxos, cum regnum in filium Philippum II. transferret, lacrymans dixit: ò fili! magnum tibi onus impono: ego enim toto tempore principatus mei, nunquam quadrantem horæ magnis curis, & anxietatibus, vacuum habui. Sylveira in Luc. 11. c. q. 19.

Cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Numer. 11. 11.

Ece constitui te super gentes, & super regna. Jerem. 1. 10. Potestne dari diploma illustrius, quàm hoc? quo propheta super regna Mundi constituitur? nunc audite, quod actum genus præcipiat rectori tam illustri, & dignitati tam speciose, ut evellat, & destruat. Antonius hic Sanct. Bern. l. 2. de confid. exclamat: ut evellat, & destruat? rusticani sudoris schemate quodam labor spiritalis expressus est. Oliva t. 2. conc. 25. die Ven. post Sexagesimam.

Beatus venter, qui te portavit? Luc. 11. 27. Cur non dicit, qui te genuit? sed portavit; quod pondus, & onus, innuit. Resp. Cum Virgo Christum concepit, suprema maternitatis Dei dignitate super omnes parvas creaturas sublimatur; & quo major collata beneficiorum celsitudo; eò majus, graviusque pondus imponitur. Sylveira hic q. 10.

Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus. Ec. 1. Tim. 3. 1. Sanct. Hieron. ep. 83. Opus, non dignitatem, labores, non delicias; opus, per quod humilitas decrescat, non intumescat fastigio.

Ad honorem vocavit te Deus propter onera; non ad multiplicandum numerum familie, aut equorum; non ad dandas præsentibus dignitates; sed ad habendam scientiam salutis plebi ejus. Blesensis episc. 15. ad comitem quemdam electum in Episcopum.

Urbanus VII. quoties amiculum è subitili tela superindueret, alio pectore ingeminabat: quis crederet, sub tam levi fido tantum ponderis delitescere? Incert. Author.

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

§. XI.

Dignitates amaræ, molestæ, cum crucibus, &c.

Ex Veteri.

Josue 8. 29. Regem suspendit in patibulo. Quæ hujus ratio? quia rex erat: nam præstantia non semel est infortunii, ac calamitatis, illex. Quisquis aliis præstantior, ut plurimum infelicior. Naxera in Jos. 8. §. 32.

Nunquid possum desere pinguedinem meam? Judic. 9. 9. nunquid possum desere dulcedinem meam? ibid. Quis cogit privari olivam pinguedine sua? sicum dulcedine sua? tregne cum pinguedine, & dulcedine. Hoc fieri non posse utraque arbor cognovit: neque enim bene convenit cum digutate dulcedo; sola coronæ comes est amaritudo. Abulenti, necessè erat, dimitti illam pinguedinem, si regnaret; & hoc, quia reges, si bene regunt, non debent attendere voluptatibus suis, sed subditorum: ita Florent campi, & non reges sunt. Alvarez. Joseph. Illustr. Genet. 41. Illustr. 150.

Duodecim leonibus stans super sex gradus. 3. Reg. 10. 20. Salomonis thronus non lascivus, sed leonibus, ambiebat. Oliva l. 12. Strom. §. J. N. R. J.

Circumdederunt me sicut apes. Psal. 117. 22. Utique de Judæis Christus id non loquitur, quos leones vocat, cum Patrem precaretur. Salva me ex ore leonum. Psal. 21. 22. Quos ergo, nisi Ecclesie primates, hic fugillar, qui in eo apes emulantur: quòd, sicut illæ delibant flores; & spinarum amaritatem, & duritiam vitantes: ita Florent campi, non probi animarum pastores circumstant; quando ex eo regnum, & sacerdotium, delibant; & spretis in eo, relicti, & clavibus, aceto, spinis, contumeliosis. Sugen & de Cruce Domini aliquid ingræte apes, Regis videlicet titulum; cetera Christo relinquunt. Oliva l. 12. Strom. hic.

Venter tuus sicut acervus tritici. Cant. 7. 2. Da mihi aliquid in sæculo, quod, si frumentum est, acervus frumentum sit, vix granum sunt. Etiam Josephi suprema dignitas in manipulo solum adumbra est. Gen. 37. 7. Quod si secunda post regiam in Ægypto fortuna, manipulus vix est; quid prætura est? quid quaestura? quid centurio? quid decurio? vix spica est. Vel inter principes da mihi, quos sic acervus inter eos. Vix grana colliges: & quidem non in sudore tantum, sed in rubore quoque visus fui. Et raro, quæ seminasti, illa & metes. Quis enim non clamet in aula: seminavimus multum, & intulimus parum. Aurum probatum expendimus; quod recepimus, plumbum est. Oliva l. 4. Strom. hic.

Duos velabant faciem ejus, & duos velabant pedes ejus, & duos velabant. II. 6. 2. En Seraphinos cruciformiter extensis, referunt enim crucem, dum alas explicant ad volatum. O quam supremis eorum propria fastigium! super solum excelsum, & elevatum, emicabant elati; sed & imaginem crucis referebant extensi. Naxera in Jos. 13. §. 14.

Appensus es in latera, & inventus es in mias habens. Dan. 5. 27. Non aurum, non argentum, non opes, non palatia, in lateram veniunt: solus rex appensus, & levis apparuit. Alvarez Joseph Illustr. c. 41.

Ex Novo.

Offendit ei omnia regna Mundi. Matth. 4. 8. Diabolus hic in principatu Mundi solum ostendit gloriam, splendorem, & divitias; celavit verò molestias, ac labores. Sylv. hic q. 8.

Sunt de hic stantibus - donec videant Filium hominis, venientem in regno suo. Matth. 16. 28. & tunc dicebant excelsum ejus. Luc. 9. 31. Itane cum Majestate Thaboris supplicia Calvarie copulantur: crux productur, ubi sceptrum protenditur? Iqualor noctis cum sole conjungitur faciei? Nimirum majestas Ecclesiastica dignitatis non pompe militat, sed martyrio. Oliva lib. 13. Strom. Luc. 9. 31.

Potestis bibere calicem? Matth. 20. 22. Quòd insit ambitio candidatorum non candida; purpuram rapitis; sed cruore tingimini, sellam ascenditis, sed crucem occupatis. Si præesse optas; non pulvinar meditare, sed equileum: hac imbuendi animi patientia, qui sceptra, insulæque concipiunt. Oliva fer. 4. Dom. 2. Quadr.

Potestis habere? S. Chryf. non habebat intelligentiam regni superioris: idem est regnare, & passionis calicem bibere.

Villam emi; & necesse habeo - videre illam. Luc. 14. 18. Emit villam; antequam videret: honorem scilicet prælationis, & dominationem potestatis, ut explicat August. l. 33. de verb. Dom. quia si agnosceres labores & molestias, quæ prælatura infans, potius illam abhorretes, quàm appeteret. Sylv. hic.

Scriptis & titulum Pilatus. Jo. 19. Tandem regni titulus plane hæret in Cruce, qui clamor elaborabat cruces in throno imperantibus. Jacta, si potes, nunc regii nominis felicitatem procul à supplicis abesse, quando regium titulum legis in Cruce. Oliva l. 12. Strom. S. J. N. R. J. *Iris in capite ejus.* Apoc. 10. 1. Dicitur hoc de Christo Ecclesie Capite. Ecclesiasticorum, & Religiosorum, corona, iris est; que elaboratur inter turbines, imbrum opus. Oliva lib. 13. Strom. Luc. 9. v. 31.

Adrianus II. Pontif. teste Petrarcha nullum supplicium majus de hoste poscebat, quam ut Papa fieret. Bene alludit Poeta ad Crucem triplicem in Pontificis tiara: *Cur tibi Crux triplex Gregoriæ triplexque corona? Nonne suam sequitur quoque corona crucem?*

S. XII. Contra factum memento prioris status.

Ex Veteri.

A Gar, ancilla Sarai, unde venit? Gen. 16. 8. Lyran. q. d. advertere debes, quod tu es servilis conditionis respectu Sarai; & idcirco non debes ei præferri.

In baculo meo transevi Jordanem istum, & nunc cum duobus curvis regredior. Gen. 32. 10. Cum Deo reddi gratias, quod jam dives rediret, reficcat memoriam paupertatis; qua solus peregrinus, uno comite baculo, iter egerat; idque humilitatis studio. Ravirez in ep. Chr. ep. 7.

Prostravit manum leprosum in faciem suam. Ex. 4. 6. Theodoret. q. 10. in Ex. dextera, que admittenda illa patrarat, cum prius fuisset leprosa, signis divinis inservivit, & elementa mutavit. Que res Moysen etiam admonuit, non superbiere debere, sed agnoscere naturam, cum recordatione dextera lepra prius infecta.

Quid est, quod tenes in manu tua? respondit, virga. Ex. 4. 2. Deus Moysen ipsam virgam, qua oves focieregebat, voluit usque ad maxima quaque peragenda: ut quanto major sibi videri potuisset, virga mirabilia operando; tanto demissius se gereret ex ipsa virga contemplatione, qua paulo ante alienas oves duxerat in deserto. Octavianus in Eccl. 3.

Prostravit David advertebat Philisteam in funda, & lapide. 1. Reg. 17. 50. In aule illius picturis statuatur Cherubim, idest, plenitudo sapientie; & apparatus palmarum, hoc est, de hostibus victoria, & reportata trophæa. Sed cherubim, & palmas, funda constringat; ut perenne illud memoriale in templi pariete affixum, pecunie artis vilitatem, & fundam pastoris patris sui in memoriam revocaret. Arceus in II. 2. Dife. 4.

Quis ego sum? aut qua est vita mea? aut cognatio patris mei in Israel, ut sciam gener regis? 1. Reg. 18. 17. S. Chryl. hom. de David: noverat, se pastorem esse ovium, & non genere nobilem. Sed quando factus est nobilis, agnovit, se ex nihilo fuisse sublevatum. Et quia non est oblitus, quis natus erat, perseveravit in culmine regali.

Quis ego sum, Domine Deus, & qua domus mea, quia aduocasti me humilique? 2. Reg. 7. 18. Dixit hoc, post mille victorias, & promissiones ingentes Dei sibi, & filiis suis, a Deo datas. q. d. memini, Deus meus, à qua paupertate, & abjectione, me in regnum sublimasti: ego sum ille minimus fructus suorum; ille pastor ovium, qui nunc tuo beneficio populos pasco. Bæza t. 2. lib. 10. cap. 3. S. 11.

Salomon omnes parietes templi per circuitum sculptis variis cælaris, & torio. 3. Reg. 6. 29. Pagninus ex Hebr. legit, *sculptis sculpturis fundarum, Cherubim, & palmarum.* In fundis mirabilis cognitio, & despicientia sui, eminebat in rege. Volebat demonstrare sapientie ornamenta, bellicam gloriam, & summam sui exaltationem, in funda patris sui Davidis habuisse exordium. Arceus in II. 2. Dife. 4.

Statuit duas columnas in porticu templi. 3. Reg. 7. 23. In eis adumbratos Apostolos, & Doctores, fortes fide, & opere; & contemplatione ad superna erectos, censet V. Beda. Columnarum capita decorantur ducentis ordinibus malagranatorum, quæ quidem retribus involvuntur ib. v. 17. 18. 20. Malagranata, & eorum coronæ, depontant regna, & urbes, quas Discipuli Christi ejus subjugantur imperio: per retia ars piscatoria in memoriam revocatur, Idem ib.

Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregebus ovium. Psal. 77. 70. Euthym. hic: vide, quomodo verè, ac simpliciter, beatus David narrat, quæ ad se pertinent: minora de se asserere non puduit; & que majora erant, omisit: neque vires suas commemoravit, quas, aut adversus feras, sæpe ostendit, aut adversus Goliath. Numquam dignior corona David extitit, quam cum in memoriam revocat pastoris humile officium. De Castillo Illat. 122. Qui factum in sublimitate castigat, docet, se iteruisse, quod adeptus est. Ennod. l. 4. ep. 7.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Ut contineat illos in munere, apponit illis vilem originem ex terra. Sylveira hic. q. 55.

Vos estis sal terra, vos estis lux mundi. Ib. Cur prius sal vocat, quam lucem? Sal quid vile; lux excellens & nobilis. Et qui in dignitatis est apice, prius, & maximè, ante oculos habeat, quod est humiles nè effugerat. Id. hic. q. 9.

Esurivi, & desistis mihi. Matth. 25. 85. ita Dominus dicit, cum venerit in sede majestatis sue. Mirum, quod Dominus in gloria, & majestate tanta, de paupertate, & antiquis suis miseris, ita recorderetur. Cur non adducuntur alia iustorum merita? fides in Deum, fortitudo, patientia? sed cur tantum fames, sitis, nuditas, & miseria, & memoria excidat. Sylv. in Jo. 1. q. 19.

Ille vero dicebat, quia ego sum. Jo. 9. 9. Qui divino afflatur spiritu, non erubescunt abjecta secundum carnem natalitia memorare; nec favoribus divinis evecti deducuntur priorum mendicitatem fateri, dicentes: quia ego sum ille pauperculus, ille obscuris natus parentibus. Bæza hic t. 2. l. 10. c. 3. S. 11.

Dominus Petrum laudans, patris ejus meminit: *beatus es Simon Bariona.* Matth. 16. 17. Et etiam, dum illum summum Pontificem creavit. Jo. 21. 15. *Simon Joannis, diligis me?* Cur tali occasione patris mentionem facit? quia vult, ut quoties Christianus ad dignitatem evehitur, paupertatis sue, vilitatis generis; & cujus fit filius? recorderetur; ut hac memoria vinum honoris temperet. Diez conc. 2. in festo SS. Petri, & Pauli. Cur non dixit, Simon Petre? nè, qui orbi præciebatur, ortus sui oblivisceretur vilitatem; sed antiqui nominis tinnitu ante oculos haberet vitam, pauperem, angustiam, parentum domum; quo se maximè in virtute confirmaret. Bæza l. 5. c. 6. S. 7.

Vigilifius primus Elector Moguntinus tempore Ottonis Secundi obicuro loco natus, parente rotario, in conclavibus suis rotas fecit effigiari, cum lemmate: *Vuillegif, Vuillegif, deiner Aunuffe nicht vorfigt.*

S. XIII.

Quinam ad Dignitates eligendi, & assumendi.

Primò.

Reverentes, & non ambientes.

Et Veteri.

Fecitque eum ascendere super curvum suum secundum. Gen. 41. 43. Joseph quasi villata intruditor. Sylv. in Luc. 10. q. 6.

Applica quoque ad te Aaron. Ex. 28. 1. Ad quid accesserit Aaron? ut Sacerdotio fungatur coram Domino. Non quarit Sacerdotium; sed ad hoc quaritur: forsitan querens non consecutus. De Castillo Illat. 9.

Tolle Josue. Num. 27. 18. Significat quandam deductionem non voluntariam. Efcobar tr. 3. Colloq. Chr. sect. 2. Obf. 1.

Quæsit Dominus sibi virum iuxta cor suum. 1. Reg. 13. 14. Et Pl. 88. 21. *inveni David servum meum, oleo sancto unxit eum.* David à Domino inventus, postquam illum quæsit, non inter alios expectantem eligit, sed singulariter cum fugiente, q. d. David ubi es? ubi ille, qui fugit honores? denique fugientem honor, & gloria, comprehendit. Efcobar t. 1. mir. Christ. sect. 4. Obf. 2.

A. A. Domine Deus, ecce nescio loqui. Jerem. 1. 6. Et tamen ait Deus: *Ecce constitui te hodie.* v. 10. Quid in blefo Jeremia vidit Deus, ut eum ita amaret, & promitteret tam felicem exitum? nullas in corde alebat appetitiones, non cogitabat elevationem. cap. 17. 16. *diem hominis non desideravi.* Gilbertus ferm. sup. Cant. nescio, quo pacto sibi advenfatur, & alterutro se obcurant dies Domini, & dies hominis; siquidem; dum alter exoritur, alter reconditur. Diem, inquit, hominis non concupivi, idest, humanum favorem; hominum gloriam; & inter reliquos, inò præ reliquis, spectabilis videri. Oliva t. 3. conc. 24. die S. Lucie.

Assumpsit est in calum. Marci 16. 19. *Ercebatur in calum.* Luc. 24. 51. *Elevatus est.* Act. 1. 9. Omnes in passiva significatione locuti: innuentes, Dominum, & servos ejus, qui verè magni sunt, ad honorem sibi debitum tractos potius, & assumptos, quam euntes venire. Incert. Auth.

Nuquam angelos apprehendit; sed semem Abraham apprehendit. Hebr. 2. 16. S. Chryl. hom. 5. hic quid est, quod dixit, *apprehendit?* non apprehendit naturam angelorum, sed nostram. Quare non dixit, suscepit; sed isto verbo usus est, *apprehendit?* ex metaphora insequentium eos, qui averti sunt; & omnia facientium; ut fugientes occupent, & ut resillentes apprehendere valeant. Aufugientem quippe ab ipso naturam humanam, & procul aufugientem, insecutus apprehendit. q. d. quia Angeli magno numero, temerario ausu, ad Dei sedem aspirarunt: homo autem, & maximè Abraham, pater mil-

multarum gentium, vilitatem originis recognoscens, divinum confortium refugiens, pulverem se, & cinerem reputans; Gen. 18. 27. ideo ejus semen apprehendit. Honor insecutus fugientes se, delectat quærentes se.

Moses negavit se esse filium filii Pharaonis. Hebr. 11. 24. Verum ipsa dignitatis, & divitiarum, fuga, auxit dignitatem. *Ecce confitui te Deum Pharaonis.* Ex. 7. 1. S. Ambr. in Pl. 118. fugiendo potentiam potentior factus est: factus est enim in Deum regi Pharaoni. Naxera in Jos. 1. 6. 38.

Quisquis dominari non appetit, is profecto fructuosè præstet cæteris institutis. S. Bern. l. 18.

Non volentes, neque currentes assumite, sed cunctantes, & reuentes; qui regibus Joannem exhibeant, Egyptiis Moysen, fornicantibus Phinees, Eliam idololatris, Eliazum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiantibus Christum. S. Bern. de consid. l. 4. c. 4.

Cancer. Lem. *Retròcedens accedit.* Per demissionem ad honores, Malcenius in symbol.

Secundò.

Digni, apti, meriti; non indigni.

Minimus, juxta ætatem suam. Gen. 43. 33. Hæc est norma prudentie, lex justitie, juxta ætatem, & merita, loca impetire. Non quia aliquis plus amatur, ideo reliquis debet anteferi. Inter Apostolos magis dilectus Joannes; at non idcirco Caput aliorum electus. Plura dicit Joseph Benjaminus; hoc declarat ejus amorem, locus commendat iustitiam. 1. Humilitas fecit digniorem pluribus gratiis: plurima accipit in novissimo dignis loco. 3. Fuit figura Joannis in ultima coena favore majori præ aliis affectus. Alvarez Genef. 43. Illustr. 222.

Ego tui Levitas à filiis Israel: pro omni primogenito. Num. 3. 12. Origen. hom. 3. hic nota: Levitas assumi pro primogenitis; cum tamen, ut refertur Gen. 49. 3. Levi non fuerit primogenitus Israel, sed Ruben, secundus Simeon, tertius Levi quomodo ergo Levite in primogenitos assumuntur? Quia apud Deum non illi primogeniti habentur, qui corpore nativitate præcedant, sed meritis. De Castillo Illat. 3.

Montes in circuitu ejus. Pl. 124. 2. Deus Mundi gubernator non patitur circa se apponi colles vulgaris peritæ, montes expetit virtutis admirabilis, que vincant industrias vulgi. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiens colles.* Cant. 2. 8. Oliva t. 3. conc. 17. die 3. Ven. in Quad.

Sicut qui mittit lapidem in æcerum Mercurii; ita qui trinitate insipientie honorem. Prov. 26. 8. Hoc proverbium manavit à superstitione, & cultu Mercurii. q. d. sicut ad statuum Mercurii lapides mittere honoris causa, summa demencia est; quia statua Mercurii aut lapis est, aut lignum nihil sentiens; ita stulto homini honorem tribuere incerta est. Corneli. hic.

Cirò profere stulam primam. Luc. 15. 22. Non tamen legitur, illi datus primus locus: habebat enim seniore fratre, qui locus ille merito reservabatur. Alvarez Gen. 43. Illustr. 226.

Scholares pueri, & impuberes adolescentuli, ob sanguinis dignitatem, promoventur ad Ecclesiasticas dignitates; & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris: lectiores interim, quod virgas evaserint, quam quod meruerint principatum. S. Bernard. ep. 42.

Quid est dignitas in indigno? nisi ornamentum in luto. Et ideo cunctos, qui sacri altaris suggestu eminent, tantum oportet excellere merito, quantum gradu. Salvianus ad Eccl. Cathol. lib. 2.

Facem ponite, non dico in infima Lunæ sphaera, sed in infima regione aeris, situ altiore, quam opus sit; lux illa statim evanesceat; que in cubiculis admoda noctem mutat in diem. Si horologio grandi tollas pondera gravia, eaque appendas exili; moles oppressum ita rotarum cursum præcipitabit, ut hora momentis affluant; & dies horæ quadrante excurrant. Sic evenit, cum inepti iudices sunt rerum magnarum. Oliva t. 3. conc. 17. die 3. Ven. Quadr.

Est factum adagium Plutarchi: capram gestare non valeo, bovem tamen superimponere laboro.

Tertiò.

Boni, & probi.

Elegimus bonos in via. Matth. 13. 48. Quo significatur, nè in capita promoventur invidiosos, & dignos repellant. Hujus doctrinæ academia arca Noe Gen. 6. bellua ad carinam; homines; & volucres in tabulatione summa. Cætellus, licet arca rectori blandiretur, & familiaris delicias faceret; ovis, licet etiam, & lamina daret; non tamen admitti ad tabulam summum, in quo agebat corvus, quamquam fugitivus, quia volucris erat. Idem ordo servatus in statua Nabuchodonoris; Dan. 2. 34. Statua caput ex auro. Sed major schola ordonifad sedem agni regnantis. Apoc. 4. 6. *in conspectu sedis tanquam mare vitreum.* Cur non sol? quia hic nullo optimi, pessime discrimine, tam cicutæ, quam

rose, præstat maturitatem; ranam juvat, & hominem; plumbum, & aurum. At mare, quæ indigna sunt, expellit constanter; & pretiosa amanter fovet; cadavera, & algam, in litus eicit; in gremio retinet corallia purpurata, & margarita candida. Ita. 7. 15. *ut fiat reproducere malum, & eligere bonum.* Dificat in folio sedens à mari, non promovere indignos, sed expellere; amplecti bonos & dignos. Oliva t. 1. conc. 13. in festo Sancti Lucæ.

Cum dies factus esset, vocavit Discipulos suos. Luc. 6. 13. q. d. facta die clara eligit: ut doceat quod, qui assumendus est in ministerium Ecclesie, sit ex omni parte cognitus, visus, & probatus. Sylv. in Matth. 12. c. 4.

Antistes Ecclesie, qui virtutibus, & sapientia, fulgere debuerat, auro nitet, & serico; & animarum ornatus hodie in corporis cultum permutatus est. Favore, non merito, Ecclesia regitur; & ad curam gregis non sapiens pastor, sed potens, quaeritur; non innocens, sed dives; & qui populum magis potentia opprimat, quam vita adificet. Sanct. Thom. Villan. ferm. 4. Nativ. Dom.

Quartò.

Non mali.

Vidi servos in equis. Eccl. 10. 7. S. Greg. 31. moral. cap. 10. Equi nomine dignitas temporalis accipitur, Salomone testante, qui ait: *vidi servos in equis.* Omnis quippe, qui peccat, servus est peccati; & servi in equis sunt, cum peccatores præfentis vite dignitatis efferuntur. Principes verò quasi servi ambulant: cum multos, dignitate virtutum plenos, nullus honor erigit; sed summa hic advertebat velut indignos, deorsum premit. Corneli. hic.

Subter eam (arbor) habitabant animalia & bestie; & in ramis ejus convorabantur volucres caeli. Dan. 4. 9. Per animalia, & bestias intellige homines animales; mentes carnales, & secularis: per volucres, accipite spirituales: bonorum studiorum, & sanctorum desideriorum aliis ad cælestia volantes. Dificant Prælati nostri, dificant hic, quid facere debeant; dificant, inquam, indisciplinatos mores premere, bonos atollere, & honorare. Quid, quæro, hoc genus monstris est; quod nostris temporis arbores, urfos, & leones, & alias hujusmodi quasi bestiales mentes, portant in ramis; volucres verò caeli, contra conditionis jura, Creatorisque iustitia, premut in imis? Quoties ego ipse vidi, videlicet ingenui, *impium super-exaltatum.* Psal. 36. 35. *et elevatum super cedros Libani!* Quid, quæro, ejus aliud, quam ruinam paratis? dum eos ad alta suspenditis, & quasi in ramis portatis. Quid aliud quis suo sublimatori, vel potius subvertitori, daturus est in fine, in ipso consilio ruinæ? nisi: *quia elevatus altissimè.* Rich. à S. Victore de erud. hom. inter lib. 2. cap. 17.

Miscellanea de Dignitatibus.

Dixit ostiaria. Joan. 18. 16. Non est mirum, si Christum negat in curia, qui introducit ab ancilla. Ingressus enim in atrium Pontificis, est ingressus ad dignitates Ecclesiasticas. Ancilla introducens est Caro vel carnalis parentela: & qui sic per Carnem intrant; fures sunt, & latrones. Ipsi enim non per sanguinem Christi, quo lintum debet esse ostium, intrant; sed per sanguinem proprium: cum tamen precipitatur. Ex. 12. quod postes lintantur sanguine agni. Hugo Card. hic.

Propter hoc dignitates positæ sunt, ut major pietas ostendatur: mirabilis etenim, quando quis in divitiis, & potentia agens fuerit talis. S. Chryl. hom. 22. in acta.

Monstruosa, gradus summus, & animus infimus; sedes prima, & ima; lingua magniloqua, & manus otiosa; sermo multus, & fructus nullus; vultus gravis & actus levis; ingens autoritas, & nutans subtilitas. S. Bernard. lib. 2. de consid. ad Eugenium cap. 7.

Joannes X. Pont. ex humili genere ad summum Pontificatum evectus, in annulo pretiosum lapidem pro simbolo usurpavit cum lem: *Tunc gutta, nunc gemma.* quia ex aque guttis, sole cooperatè, coalescit. Malenius l. 2. argur. Fumus, Lem. *Ascendens desinit.*

TITULUS IX.

D I I.

Anferes Romana Capitolia à Gallo hoste servaverunt. Merito debes illis Roma, quod regnas: Dii tui dormiebant, & anferes vigilabant. Ideò illis dicitur anferi sacrificia, non Jovi: cedunt enim Dii veteris anferibus, à quibus se sciunt esse defensos; nè & ipsi ab hoste caperentur. S. Ambrosius l. 5. hexam. c. 13.

Utile esse civitatibus, dicit varro, ut se viri fortes, etiam si fallum sit; ex Diis genitos esse credant: ut eò modo animus humanus, velut divina Rhipis fiducia generis, res magnas aggrediendas præsumat audacius; agat vehementius; & ob hoc

hoc impleat ipsa securitate, scilicet. S. August. de Civit. lib. 3. cap. 4.

Complures, non modo veteres, verum etiam ætatis nostræ, cum amantissimos quoque amiserunt patres, cognatos, & uxores; plurimæ item orbata viris, quos omnes natura prodidit, fuisse mortales; hos, arque has, per immodicum affectum atque luctum, pinxere; si que, pictis, seu fœtis, hostias immolaverunt. Quos secuta posteritas ob elegantiam fictionis, artificiosæ peritiam, illos ut Deos coluerunt. S. Athanasius Alexand. libro contra Gentiles.

Quæ quique pulcherrima animadverterat, ea sibi, tamquam Deos, præstitit. Si qui autem affectionibus, & morbis, animi, plus æquo dediti erant; has ipsas sive perturbationes, sive morbos, Deos esse putarunt; vel Diis saltem eos consecrarunt. Iracundiam scilicet, coctus, Lasciviam, Ebrietatem &c. S. Greg. Naz. or. 2. de recta rat.

Cum aberantur quidam ab uno Deo diversimodè multis sentiebant; ac alii quidem solem ponebant; ut occidente sole, noctis tempore, sine Deo essent; alii verò Lunam; ut in die, Deum non haberent. Alii erant mulierum furentes, nude mulieris idolum in sublimi statuente adorabant; ut cupiditas illorum apparet. Alii verò ob auri splendorem in stuporem relacti, hoc ipsum, & cœteras materias, Deos fixerunt, S. Cyrill. Jerof. Catech. 4.

Ausi sunt nonnulli impiè unum Deum dividere sermones; & aliqui dicebant; alium esse animæ opificem, & Dominum; alium verò Corporum; absque ratione, simul & pietate, docentes. Quomodo enim dicunt Dominorum unus homo servus esset; cum Dominus dicat in Evangelio, Matth. 6. 24. *neque potest unusquisque dominum suum servire*. Id. ib.

TITULUS X. DISCIPULI CHRISTI.

S. I.

Figura.

IN Elim, juxta duodecim fontes aquarum, septuaginta duæ palmæ erant. Ex. 15. 27. Interpretes septuaginta duo fuerunt, qui rogatu Pharaonis Scripturam ex Hebraeo transfulerunt. Concilium magnum Senebrim ex septuaginta duobus Senioribus constabat. Juxta Isidorum l. 1. etymol. 22. in vesicæ Pontificis septuaginta duo mala Punica, & totidem tintinabula erant. Ex. 28. 33. Sic & Christus, designando Discipulos, dedit Ecclesiæ suæ septuaginta duas palmas victrices de inimico. 72. Interpretes, & magistros S. Scripturæ; 72. viros magnos, regimem, & consilium; 72. tintinabula circumdata malo Punico charitatis ad docendum, & prædicandum. S. August. in qq. Evangelicis, Beda, Hugo; per hunc numerum ostendit Dominus, quod per hos, & eorum sequaces, erat annuntiaturus Mundo fidem Trinitatis. Una die per 24. horas à Sole totus illustratur orbis: Sol ergo per triduanum ambitum suum, 72. horas facit. Christus, qui se diem, & lucem, & lucem Trinitatis, toti orbi annuntiare, ac per eam Mundum maximè illuminare. Beda, Bonav. &c. mittuntur 72. qui totidem linguarum Gentibus prædicarent: ut sicut primò Apostoli, propter duodecim tribus Israël; ita & hi, propter exteras Gentes delinarentur imbendas. Nam juxta Aug. Hier. Prosper, &c. in 72. Gentes, & linguas, divisi fuerunt homines in dispersione Babel: Ut Christus D. omnium Gentium, & linguarum, se Redemptorem ostenderet, 72. Discipulos elegit, ut 72. Gentibus responderent; ac sic quique Genti, & lingue Christus suum attribuit Discipulum, ut illius curatorem, ac præceptorem. Sylv. in Luc. 10. c. 18. q. 2.

S. II.

Cur Christus misit Discipulos binos?

UT alter alteri esset auxilio, solatio, consilio, excitamento. Orig. Theophyl. Bonav. Dion. Cartus. Eccl. 4. 9. *melius est duos esse simul*. Sic Christus Petrum, & Joannem mittit ad paradum Pascha Luc. 22. 8. Sic duobus Emauntinis apparet. Luc. 24. Sic Petrus, & Joannes saepe sociati; sic in Thabor Moyses, & Elias, cum eo loquentes, ob testimonium à Lege, & Prophetis. 2. Quia prædicaturi erant geminam Christi naturam, duplicem Christi adventum, duo testamenta; verbum, & Sacramentum; fidem, & opera; gemina charitatis præcepta. 3. S. Greg. hom. 17. in Evang. qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Character, & nota, prædicatoris est Evangelicæ, ut alios Prædicatores diligat. Si injuriosus, invidiosus, verus Prædicator non est. Sap. 7. 13. *latinitiam sine fideione dicitur, & sine iustitia communitio*. Sylv. in Luc. 10. q. 7.

Designantur, sicut qui ad militiam eliguntur, & mittuntur ad pugnam; illa disciplina militari, quæ congruens fuerit, & quam statuerit Imperator. Quod bini mittuntur, pertinet ad veritatem, & cautelam, & ad testimonium sanæ doctrinæ: ut

verecundia facili, qui loquitur, moderetur sermones, & disponat in judicio; ne plus, quam expediat, effuset, & loquatur in pertinens. Et ad fulcimentum tenendæ societatis, ut unus relevetur ab altero. Sim. Cass. l. 9. c. 26.

S. III.

Discipulus malus opprobrium Magistro.

MAGISTER, sequar te. Matth. 8. 19. Cur Christus illum repudiavit? malus erat Discipulus: vulpem suis ore tegebatur. Nota hieret Magistro, si fidei ageret. Sic Isid. Pelus. l. 2. ep. 17. ne pertinax illius improbitatis, qui fidem amplecterentur, offensionis causam afferret, Domini potentiam calumniatibus: ut qui Discipulum ad virtutem immitare non potuissent. Cum & Christi schola Judas abiisset, dixit Jesus Jo. 13. 31. *nunc clarificatus est Filius hominis: ac si honestatum se Magister significaret, cum Discipulum improbum à sua schola abegit*. Nævum talem, ut à se abigeret Christus D. Petro imperat: *mitte gladium tuum in vagina*. Jo. 18. 11. Aureo Malcho Petrus sui impotens abscederat, Magistro ad crucem, & necem parato. Quid Christus? gladium extorquet è manu Petri. Terrull. l. de patientia c. 3. patientia Domini in Malcho vulnerata est. Poterat enim improbus quisque dubitare; ac non Discipulus impatiens à Magistro hausisset impatientiam? Terrull. ne unius quidem dicentis gladium in ultorem probavit. Velloso in Judith. 5.

Epistola nostra vos estis. 2. Cor. 3. 2. Quidquid enim illud est, quod eas fecit litteras, quæ commendant nos redduntque reverendos: hoc vos facitis, dicat & videt vos, & de vobis audiunt omnes, propterea, quod Discipulorum virtus præceptorem ornare solet, & commendare, plusquam ulla epistola. S. Chryl. hic hom. 6.

TITULUS XI. DISCORDIA.

S. I.

Symbola, & similitudines.

DIVISIO aquarum &c. Gen. 1. 8. 9. Quod etiam illius dici secundæ divisionem contrariam quodammodo unioni designabat: eo enim die fecit firmamentum, quod divideret aquas, quæ erant supra illud, ab eis, quæ erant infra; cum tamen antea essent unitæ. Cornelius in Cant. 4. Cur secunda die non dixit Moyses, & vidit Deus quod fecit bonum? Respondent aliqui: opus hoc non tam fuisse creationis, quam interstitii, & divisionis aquarum superiorum ab inferioribus, per interpositum firmamentum. Unde collige, quam ingens malum divisio, & discordia, Cornel. hic. Non poterat secundus dies, qui numerum facit, qui ab unitate dividit, Dei sententia comprobari. S. Hier. in c. 1. Aggæi.

Non abiecit illud de seclis lapidibus. Ex. 20. 25. Secti lapides ii sunt, qui unitatem sciunt: tales in corpore suo Christus non recipit. V. Beda. De seclis lapidibus altare probat Deus. Secti lapides sunt, qui fraternæ societatis confortium respiciunt; qui vivere cum fratribus, & conversari concorditer nolunt. B. Petr. Dam. l. 5. ep. 20.

Contritus est David, id quod divisisset Dominus Ozam. 1. Paral. 13. 11. Domus, aut ædificium, cum dividitur, & rimas agit; rimam minatur: navis quoque, quæ circa latera rimosa, aquam bibit, in naufragii periculo versatur. Divisio mortis est causa; & saepe in sacris litteris pro morte accipitur, Bellerus D. Septuag.

Arrium autem, quod est foris &c. & ne metiaris illud. Apoc. 11. 2. Notat Hugo Card. justos mensurari, iniquos numerari. Metire templum Dei, id est, fideles, & electos. Et supra c. 9. 16. de iniquis numerus equaliter exercitus. Sic Dan. 5. 26. *numeravit Deus regnum eorum*. Discrimen: mensuratur continuus numeratur, divisum, justi inter se uniti, & per amorem quid unum; & ideo mensurantur, Sed iniqui divisi numerantur. Sylv. hic.

S. II.

Motiva vitandi.

1.

Discordia chara Dæmoni.

DESCENDERUNTque volucres super cadavera. Gen. 15. 11. Nullare sic incantantur volucres malignæ, quam divisione. S. Isidorus in Gen. 12. per volucres descendentes supra corpora, quæ divisa sunt, spiritus immundi significatur; passum quendam suum de carnalium divisione querentes. Baeta t. 2. l. 6. cap. 3. §. 15. Obtulit Abraham Deo vaccam, & capram trimam, turtorem, quoque, & columbam; qui tollens dividit eas; vaccam puta, & capram per medium; aves autem non dividit. Cumque hoc sacrificium vollaret, descendunt volucres super cadavera. S. Ambr. Lyræ, & alii, legunt: *descenderunt volucres super cadavera divisa*. Ad divisa de lapide

lapide aves, id est, dæmones; Ab avibus abstinerunt, quia hæc divisa non erant; cœtera secta: quo significatur magna virtus potentia. Did. Nyss. D. 3. Quadr. §. 5.

Eligite ex vobis virum. 1. Reg. 17. 8. clamavit Goliath licet armatissimus contra Israël. Nota bellæ pugnæ immunitatem, qui cum uno tantum vult pugnare. Sathanas, de quo Job 41. 24. *non est super terram potestas, quæ comparatur ei*, curat, quoad potest, non divisos, & discordes, invenire, & singulari certamine. Quia ergo tot inimicitias inter Christianos invenit, id est, tot victorias reportat. Diez conc. 3. in Comuni Apoll.

Triumphus dæmonum est dissensio Christianorum. S. August. f. 156. de temp.

Sicut in pace salus est legum Domini. Psalm. 75. 3. Sic in discordia locum diabolo fieri manifestum est. S. Bernard. ser. 3. in Ded. Eccl.

Discordia noxia, accelerat interitum.

Quod si linguarum discordia admirabile illud opus Babytonicæ turris conturbavit, & destruxit. Gen. 11. 7. quæd magis cordis discordia nos omnes poterit evertere. Ex elementum concordia pretiosæ margarite generatur, aurum, argentum, cœteraque metalla. Et humorum concordia oritur valeudo; discordia origo morborum, & mortis est. Diez ser. 6. D. 3. Quadr.

Divisus est cor eorum, nunc interibunt. Osee 10. 2. Quomodo enim valet quis vivere, si divisio est in corde? unde divisio cordis esse nequit sine vehementia doloris. Tantæ enim voluntatis, tantæque unitatis, est cor; ut si acui pungatur, ita ut modica divisio subequatur, continuè moritur. S. Bonav. ser. 20. Dom. infra Epiph.

Gens in gentem, & regnum in regnum. Matth. 24. 7. Sic distracti in partes populi Anti-Christi locum dabunt, ad terræ cladem ultimam. Velloso in Judith 1. Paral. 16. Unde amplius est Turcarum potentia; unde ejus imperium sit sublimitatum est? nisi ex discordia Christianorum. S. Th. Vill. Conc. de fœd. inter Rom. Pont. Imper. & Venet.

Descendat ab Jerusalem in Jericho. Luc. 10. 30. Descensio à Jerusalem, avertio est à pace, & quiete. Malè sibi providet, & ad ghenann separat, qui à pace fecit abscissionem. Sim. Cass. lib. 6. cap. 10.

Omne regnum in se ipsum divisum de labitur. Luc. 11. 17. Quoquo modo connexa, divisa depercutit; regna, provincie, civitates, domus, familiaria, aut quocumque vinculo colligata; cum in discordiam venerint, interitum faciunt. Simon Cass. lib. 5. cap. 23.

Quidquid capit divisionem, & interitum capit, necesse est, Lactant. l. 1. Infit.

Si in uno membro totum corpus violatur, utique in uno homine communio totius humanitatis solvitur. Violatur natura generis humani, & S. Ecclesie congregatio. S. Ambr. lib. 3. c. 3. Offic.

Carbones. Lem. Extinguimus, se distinguimus.

S. III.

Alia motiva.

SANCTI Chrysolomus probat, elementa Deos non esse, ob eorum discordiam: si sunt elementa dei, quomodo pugnant inter se? quomodo armantur ad bellum inter se gerendum? in Psalm. 2.

Qui ab unitate dividitur, ne dubites, quin ab eo recesserit spiritus vite. S. Bern. festo S. Michael.

Respice volatilia cœli, respice bestias agri, attende pisces in mari; non tantam divisionem in eis invenies, sicut in hominibus esse patet. S. Bonav. l. 2. D. inf. Octav. Epiph.

Vulgò dicitur: in denario litis non est obolus amoris. Gerson. de præceptis Decalogi c. 9.

Vide tit. Divitiæ.

S. IV.

Discordiarum origo.

DIVISIO per medium. Gen. 15. 10. Animalia dividuntur: quia inter malos semper sunt jurgia, & discordiæ: quia, ubi quilibet querit, quod suum est, non potest esse unitas. Aves autem non dividuntur: quia boni semper servant unitatem in vinculo pacis; Hugo Card. hic. Felix erit civitas illa, in qua hæc duo verba *meum*, & *meum*, non audiuntur: ed quod communibus rebus, quæ alieque æstimationis sunt, quoad fieri possit, cives utantur. Dicebat Plato, teste Stobæo l. 72. Duo fratres, propter motum arborem, graves habebant rixas; quovis eorum suam esse asserent; S. Franc. de Paula charitatis motus, optans lites tollere, ad orationem confugit; & ea finita ad arborem conversus: *o creatare Dei*, ait, ego minimus servorum ejus, in nomine sanctissime Trinitatis impero tibi, ut componas litem inter illos dominos temporales. Ermoc arbor illa in duas

Re P. Spanner Polj. Tom. 1.

divisa partes æquales, ut quisque dimidium haberet. In vita ejusdem.

Ubi non est Jesus, illic seditiones, & lites, & prælia sunt. Orig. tr. 35. in Matth. 27.

Si solus Deus coleretur, non essent dissensiones, & bella; cum scirent homines, unus se Dei filios esse; & ideoque divinx necessitudinis sacro, & inviolabili vinculo copulatos; nullæ herent infidæ: cum scirent, quæsumodi poenas Deus animarum interfectoibus præparet; qui clandestina scelera, & ipsas etiam cogitationes prævidet, Lactantius lib. 5. div. instit. de justitia.

Multi vel in hodiernum usque diem bella habent in ædibus; & hic quidem oppugnat ab uxore, ille verò obfidetur à filio; alius autem à fratre, & alius donatur à famulo: & nemo subdita ratione apud se cogitat, quod, nisi peccata feminasset, non in domo sua spine, & tribuli, succrevissent: nisi peccatorum scintillas occultasset, domus non configaret. S. Chryl. in Pfal. 3.

Procurandum nobis est, ut nostra potius emendare vitia, & mores corrigere studeamus. Quæ proculdubio, si fuerint emendata; non dicam cum hominibus, sed etiam cum feris, & beluis, facillimè nobis conveniet. Jo. Cass. de Cœnob. instit. l. 9. cap. 8.

S. Andreas Corfinus discordibus Florentinis prædicans, surgite, inquit, levate capita, & videte, unde videtur rixæ? & viderunt super civitatem innumerabilem multitudinem corvorum, qui erant dæmones in ea; ex quo pacificati sunt. Bollandus 30. Januar.

S. V.

Contra Discordiarum feminatores.

INTENDERUNT arcum suum. Psal. 36. 14. Cum videris aliquem, in vitis, & passionibus, agitur, circuire, & perturbare omnia: nolo dubites, quod ille sagitta diaboli est; & os ejus posuit arcum suum, & retinet sagittas verba ejus; ut sagittet rectos corde. Orig. hom. 3. hic.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Matth. 5. 9. Beati pacifici, id est, pacem facientes. Sic maledicti, qui pacem impediunt: quoniam filii diaboli vocabuntur. S. Vinc. Ferr. l. 1. in Feito Corp. Chr.

Inimicus homo hoc fecit. Matth. 13. 28. Admonendi sunt, qui jurgia seminant; ut, eujus sunt sequaces, agnoscant. In uno malo innumera peragunt: quia, seminando discordiam, charitatem, quæ virtutum omnium mater est, extinguunt. Sanct. Gregor. par. 3.

Non criminatrices. Tit. 2. 3. Græcè diabolus significat propriè calumniatrix, quæ lites serunt; aliosque ad rixas, & pugnas, accendunt. Corn. hic.

Misit serpens ex ore suo &c. Apoc. 12. 15. Os diaboli, est feminatoris discordiæ os. S. Bonav. l. 2. ser. 4. Pent.

Quidquid separat fratres, infernus est appellandus. S. Hieron. l. 3. in Of.

Væ hominibus illi, per quem unitatis vinculum jucundum turbatur! Judicium profecto portabit, quicumque est ille. Antè mihi contingat mori, quam audire in vobis quemquam julle clamitantem: *Filius matris meæ pugnaverunt contra me*. S. Bernard. l. 29. in Cant.

Discordiz, vel odii, ignem incendentes, excluduntur à consortio Sanctorum; sicut incendiarii excluduntur per excommunicationem à consortio Fidelium. Geminiæ lib. 8. cap. 18.

TITULUS XII.

DISCRETIO.

S. I.

Symbola, & similitudines.

EGO sequar paulatim vestigia ejus. Gen. 33. 14. Sicut videtur parvulus meos posse. Dilectant hoc indiscreti, qui, non expensis suis viribus, cursum ferunt per viam Spiritus; ut antè deficiant, quam perferant iter. Did. Nyss. polit. cœl. p. 2. lib. 7. c. 9.

Nesci Domine, quod parvulus habeam tenerus &c. Genes. 33. 13. 14.

Ibant in directam vaccæ non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram. 1. Reg. 6. 12. ita & sancti viri. Mendoza hic.

Inter medios fines. Marci 7. 31. Infernus est Deus extremis. Transit Dominus inter media duo continua: ut doceret, quæ eundum, sit prosperum viarum nostrarum exitum velimus, medium tenendum. Did. Nyss. D. 11. Pent.

Omnis valles implebitur, & omnis mons, & collis, humiliabitur. Luc. 3. 5. S. Greg. Nyss. tr. 2. in Pfal. cap. 9. jubet compleri valles, & complanari colles, & montes: quod nihil nullo alio consilio dixisse videtur; quam, ut ostenderet: in virtutis studio excessum, defectumque; seu mirum, & per R 3 diligenter attendendum

dum esse: ut, neque per defectum boni, virtutis rationem quasi excavenus, & exinaniamus; neque etiam, per excessum, reddere inaequalem conemur. Id. ib.

Omni ciborum sal salubre est condimentum, si mensura non desit; alioquin sine modo & ipsam perit; & quod salierit, perdit: amarum enim nimietas, quod poterat condire mensura. Id. D. 1. Pasch.

§. II. Discretio commendatur.

In cano, & frano, maxillas eorum constringe, qui non approxi- mant ad te. Pl. 31. 9. Hebr. in flagello, & frano. Frano uti- mur, ut princeps brutum coercemus; flagello, ut ignavum excitemus. S. Petr. Dam. lib. 6. ep. 16. in conventu spiri- tualium fratum tunc discretionis ordo congrue geritur, si moderatio Rectoris imitetur diligentiam equitis: ille siquid- em calcibus utitur, ut impellat; frano, ut reprimat. Id. ib.

Attinge à sine usque ad finem fortiter, & disponis omnia suaviter. Sap. 8. 1. Rich. à S. Vict. p. 2. in Pl. 44. à sine inchoationis usque ad finem consummationis. Tu fortiter inchoas, tepide consummas. Cur hoc? nisi quia non disponis omnia suaviter; nec fesi operari sapienter: incipis, curris, festinas, anhelus lassaris, deficis; non dicam ad finem, sed nec ad medium pertingis.

Quidquid cum discretione feceris, virtus est; quidquid sine discretione gesseris, vitium est. S. Isidor. l. 2. folioq. c. 16.

Est discretio non tam virtus, quam quaedam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit. S. Bern. l. 49. in Cant.

Semper, quod mediocritatem custodit, amabile est; quod vero modum non servat, injucundum. S. Chryl. hom. 16. in act.

Cum nihil aliud sit virtus, quam affectio ordinata, & moderata; ex intentione bona agitur, ut sit affectio ordinata; & per discretionem efficitur, ut fiat moderata. Rich. à S. Vict. de arca myst. c. 23.

Optima inter virtutes noscitur esse discretio. quæ gradiens inter bonum, & malum; inter bonum, & bonum, inter malum, & malum; inter opinionem, & verum; inter voluptatem, & necessitatem; inter virtutem, & famam; inter competentia corporis, & spiritus: semper ad tutiora declinat, deviatque pejora. Sim. Cass. l. 7. cap. 1.

Coram S. Dominico tripudabat demon cantans: magis & minus! magis & minus! Cum autem adjuratus ab eo esset, quid sibi hoc vellet? respondit: quod, quidquid ipsi lucratur in hoc Mundo, totum fit per majus & minus: medium autem est, quod placet Deo, & displicet diabolo. S. Vinc. Ferr. ferm. 4. Dom. 4. Adverti.

§. III. Discretio spirituum.

Dentes tui sicut greges conlarum. Cant. 4. 2. Dentes sunt discus- siones discretionis; quibus meditationes spirituales, & cogitationes cordis, cernuntur, & comminuntur, ac discernuntur: an pura sint, & veraciter bonæ? an sint à Deo, vel à spiritu malo, vel à corde humano? Rich. à S. Vict. l. 17. in Cant.

Nasus tuus sicut torris Libani. Cant. 7. 4. Rectè per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde et in laude Sponse dicitur: nasus suus &c. quia nimirum S. Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. S. Greg. l. past. off. p. 1. c. 11.

§. IV. Indiscretio.

Domine, tu mihi lavas pedes? - non lavabis &c. Jo. 13. 6. S. Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. v. 9. Chryl. in recusando vehemens Petrus, & in permit- tendo vehementior.

Plerumque virtus, cum indiscretè tenetur, amittitur; cum discretè intermittitur, retinetur. S. Greg. 28. mor. cap. 6.

Ferunt in processione Crucem sine candelis accensis, qui ferunt Crucem poenitentia sine discretionè. Stella de cont. van. par. 3. cap. 69.

Non vult Deus, ut destruas corpus, sed vitia: hodie currere, & cras fatigatum jacere, non est fructum facere, sed impedire. Hodie nihil, & cras nimium habere, non est pauperitatem amare; sed cupiditatem nutrire. Hodie necessaria respicere, & cras singularia velle; non est abstinentis, sed gulam irritantis. Hodie non velle comedere apposita, & cras de exiguo murmurare; non est iudicium animæ abstinentis, sed nostrum impatientis. Hodie

tantum legere, & scribere; ut doleat caput; non est animum pascere, sed ad alia opera bona impotentem reddere. Id. ib.

TITULUS XIII. DIVITES.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Divites egerunt, & esurierunt. Psalm. 33. 11. Hebr. Leones. Chald. catuli leonum egerunt & esurierunt.

Constringatur roca super cisternam. Eccl. 12. 7. Bene comparat Salomon vitam hominum rote super cisternam: nam sicut, aliis urnis repletis alia vacuæ sunt; sic in Mundo, ut aliqui ditescant, alii debent fieri pauperes. Stella p. 2. c. 88.

Venatio leonis onager in eremo; sic & pascha divitum sunt pauperes. Eccl. 13. 23. Infidiatur quasi leo in spelunca. Pl. 9.

Sicutis, qui comburis Sylvam. Pl. 82. 15. Per Sylvam divites intelligimus. In sylva est copia arborum infructuosarum; sic in talibus copia divitarum, quæ infructuosæ sunt. Hugo Card. hic.

Lupus & agnus pascentur simul. Isa. 65. 25. Lupum vocat divitem, agnum vero pauperem. S. Chryl. tom. 6. ferm. de inob. hom.

Aquila grandis-plena plumis. Ezech. 17. 3. S. Greg. 31. mor. 19. Aquila est Nabuchodonosor prae multis divitiis plenus plumis. Aldo. vandus Ornithol. cap. 1. Plumæ significant opes, quibus abundabat: nam plumæ regum sunt opes. Sicut enim aquila sine plumis volare nequit; ita & principum dignitas omnis, nisi pecunia, quæ belli nervus est, sulta; & nervis, & robore carens, facile corruit. Cornelius hic.

Ulnare quercus Ba'an. Zachar. 11. 2. Chald. ulnare satrapæ provinciarum. Quasi inter homines idem sit dives, quod inter arbores quercus: quippe quercus frugifera est, sed subis alendis, non hominibus. Sic divites, instar quercus, canibus, & equis, alendis invigilant. Bæza t. 2. l. 10. c. 8. §. 3.

Filius (reguli) infirmabatur Capernaum. Jo. 4. 46. S. Anton. ser. 21. Trinit. Capernaum interpretatur ager pinguedinis, vel villa consulationis. Sim. Cass. lib. 1. c. 18. amor ejus agrotaverat in pinguedine Mundi. In abundantia temporalium rerum habita vel quæsit, infirmatur hominum amor; qui, dum habet abunde, quod habendum est temperate; ipsa intemperie est agrotus. Pl. 72. 7. prodiit quasi ex adipe iniquitas. Sylv. hic q. 6.

Valles dicuntur homines divites; quia vallis est terra delicio- sa, & pinguis. S. Vinc. Ferr. ser. 1. fer. 6. post Cineres.

§. II.

Divites sunt alieni à Deo, virtute &c.

Asin agricola. Gen. 4. 2. quia divites hujus Mundi terram, & carnem suam, colunt quasi Deum. Hugo Card. hic.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis. Pl. 118. 14. Id est, delectatus sum ambulare in via testi- moniorum tuorum, sicut delectatur avari in omni copia divi- tiarum. Magnus fidei affectus, & rarus apud homines; cum è contrario soleant plerique pro tenui lucro contemnere omnia man- data Dei. Bellar. hic.

Gloriam regni tui dicent. Pl. 144. 11. Qui crescere student po- tentia, & divitiis, & alios supergrediuntur; isti non magni, sed infirmi sunt; non sunt succo pleni, sed vento distenti. Idem hic.

Regabat illum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Luc. 7. 36. Hic adumbratur mundialium principum vanitas, qua se salunt; non ipsi ad Deum relicti suis ire cupientes, sed Deum ad se vocantes; ut Deus eorum affideret mensis, eorum conformetur affectibus, & voluptatibus. Bæza t. 2. lib. 6. c. 6. §. 1.

Extollens vocem quidam mulier. Luc. 11. 27. Confusio magna est, quod sapientes, & divites, omnes taceant; & quaedam muliercula, cujus nulla ratio habebatur; ipsa sola pro honore Dei respondeat. Quando fidei nostre volumus testes adhibere, querimus homines honoratos, & præcipuos, qui in- ventum possunt. At vero Dei filius consulto videtur gentem abjectiorem querere, quæ pro ejus honore respondeat. In- gredientem in Jerusalem pueri, & plebs, laudaverunt; in cruce latro, & hodie mulier quædam. De pastoribus Be- thlehemicis Lucas 2. 20. reversi sunt pastores glorifiantes, & laudantes Deum; quod de Regibus non meminit Mat- thæus. Piscatores eum per Mundum laudaverunt. Voluit his significare Dominus: quàm difficilem divites, & poten- tes hujus sæculi possint disipari, ad hoc, ut honori Dei consulant, & pro eo respondeant. Diez Conc. 1. Festo B. V. ad Nives.

Stenopegia. Joan. 7. 2. id est, festum Lunæ observant, qui gau- dent.

dent de abundantia temporalis, quæ significat per Lunam. Hugo Card. hic.

S. Aug. l. 109. de temp. loquens de fumo: vides magnam molem? habes, quod videas; & non habes, quod teneas: solidior est fumus igni proximus, & terræ proximus; attenuatus evanescit, & disperit; quando se multum extulerit. q. d. ex inflamma- ta ligni congerie prodit fumus; ut, nisi doceret experientia, ipsum brevi dilapsurum, cruciaret spectantes. Modo se attollit in sublimem turrim, mox se in arcem late patentem format, dein in nubem diffunditur; tandem putatur viam in cœlum face- re, & sedem inter alta ponere. Habes, quod videas in pompa Mundi. Vestes sunt angustæ, tituli illustres, saltationes frequentes, reditus copiosi, ampla jurisdictione, comitatus no- bilitium frequens: an accedant virtutes, patiens audientia, largi- tiones &c. novit omniscius. Oliva t. 3. Conc. de Imm. Concept. Luna cum appareat nobis splendens, & majori lu- ce foeta, tunc à sole remotior est, & ipsi ex adverso oppo- sita, ea parte obfcurat, qua Empirium spectat. Contingit non raro eos in Angelorum conspectu minus conspicuos, & magis obfucros; qui ad oculos nostrorum resurgunt majori lucis copia. Id. ib.

Homines si fiant magis divites, minus fiant homines. S. Bon- nav. l. 74. in If.

§. III.

Divites divitem aliena inopia.

Quomodo tunc cito invenire potuisti? - voluntas Dei fuit. Gen. 27. 20. Pete similiter à divitibus: Sub mentio divinæ vol- untatis pallio fraudes, furta abscondunt. Vidisti personas inopes, & quas à veste laceras mendicis putaffes; post pau- cos annos fortunam ita mutasse, ut aureorum millia compara- rarit; famulos, equos, redam, domum amplam. Petite un- de tam cito divites? DEI gratia, dicent; industria, attri- buendum; ita DEUS juvit, ita voluit: sed fraudes sunt Jacob. Paolerti. Dom. 3. Adv.

Novæ macra decuraverunt pinguis. Gen. 41. 4. Nunc fit con- trarium. Sylveira in Jo. 6.

Videns Moyses populum, quod esset nudatus. Exod. 32. 25. Non potuit non spoliari populus à ministris, cum inauguratus est vi- tulus: viri gloria de paupertate cunctorum extructa est. Naxera in Jo. 10. §. 37.

Sol contra Gaboon nō moveatur. Jo. 10. 12. Abulens. quæst. 22. quærit: an omnia sidera steterint? Respondet: videtur dicen- dum, quod non fuerint mota; sed stante cœlo Solis, tota cœlestis machina steterit; & etiam ipsum primum mobile. Quia fol candidior resillit, quasi micare nequeat sine Lunæ depressione, sine cœlorum violentia, & stellarum injuria. Sic angusta Mundi gloria est, ut unus prosperitas de plurium eudatur arumnis. Plurima sidera cadunt, ut Phoebus lucidior re- surgat. Idem ibid.

Beatus dives, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non aluit. Eccl. 31. 8. Palacius: si aurum ad te jure venit, tu post illud non abis; sed si aurum injuste venit, tu post illud abis. Si gratiofo dono, si hereditatis jure, si iusta arte, aurum comparo; aurum ad me venit: si per fas, & nefas, illud con- quiro: si propter illud res divinas violo, aut Ecclesie leges tran- sgreddor; post aurum vado; ac post illud toto affectu, & con- tui, quasi mancipium, sequor, & feror. Sic Judæi dicebantur ire post Deos alienos, cum, relicto Deo, illos colebant, Cor- nelius hic.

Etsi omnia tibi dabo &c. Matt. 4. 9. Auth. Imp. hom. 5. in Mar- tho. uni dare non poterat omnia, nisi ab omnibus tolleret omnia. S. Chryl. serm. 122. ait epulonem artificiosè nuditate vesti- tum; cujus nuditate; multorum, quos nudavit, ut vestem sibi teneret.

Ephalabatur quotidie splendide. Luc. 16. 19. Ipsi mensa mul- torum pauperum constabat sanguine; & ipsius pocula multo- rum, quos ad laqueum coegerat, rubebant cruore. Quanti necantur, ut vobis, quod delectat, pareat! funesta fames ves- tra, funesta luxuries. Ille de summis culminibus ruit, ut fru- mentis ampla vestris receptacula præpararet: ille de sublimi arboris cacumine decidit, dum genera uvarum explorat; quæ deserat, quibus digna convivio tuo vina fundantur. Ille ma- ri mergitur, dum veteret, ne piscis mensæ tuæ desit, vel ostra. Ille brumali frigore, dum lepores investigare, aut laqueis studet aves captare, dirigit. S. Ambr. l. de Nabuth. cap. 5.

Erat publicanus, & iste dives. Luc. 19. 2. Victim publicani non aliunde, quam ex pauperum lacrymis habent. Theophylac- tus hic.

§. IV.

Divites impunè peccant.

Hæc dicit Dominus Deus Israel: anathema in medio tui est, Jerusalem. Jo. 7. 13. Et nihilominus Achan de Jericho Spo- his nonnulla clam furatus, non capit fugæ consilium, nec fortis R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

anteverit. Quæ causa? quia nobilis, aliaque jam auro dives, non timuit fortes, non expavit flammam imò putavit, etiam cri- men cœlesti indicio reperiretur, poenam haud intelligendam. Abul. q. 42. non putavit, poenam magnam esse intelligendam; quamquam reperiretur furtum: ideo non recessit de castris. Divites, perverfo sæculi more, nec infamie, nec criminis, sunt obnoxii supplicii. Qui nummorum adeptus est patrocinium, impunè peccat; quasi pecunia sit scelerum baptismus, & reatum absolutio. Ridicula habetur divitis accusatio: nam fru- stra jure agitur, qui auri defenditur eloquentia. Naxera in Jo. 7. §. 19.

Judicare egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificare. Pl. 81. 3. iustificatio supponit culpam, & delet præcedentem ma- culam. Dicit ergo, peccatorem iustificare, aut pauperem erip- ite. Paupertati iustificationem prudenter exoptat: quia scit, apud humanos Judices, & tribunalia, pauperem semper, uti peccatorem, damnari; cum dives absolvat ut justus. Id. in Jo. 9. §. 20.

§. V.

Divites periculis obnoxii.

Divites quidem nihil aliud mihi esse videtur, quam civitas absque muris in agro sita, & undique infidiaribus expo- sita. S. Chryl. hom. 13. in act.

Non aliter in divites Sathan insilit, quam canis quisquam pan- nis buccellam, aut placentam, de manu parvuli abrepturus. Id. in ep. Rom. 3. ferm. 7.

Quem non metuit dives? an non latrones? an non potentes? an non invidos? an non calumniatores? & quid calumniatores? aut latrones, dico? familiares suos suspectos habet. Id. hom. 35. in ep. 1. ad Corinth. c. 4. Vide plura hic.

Quemadmodum passer, & à pueris, & à vilco, capitur, & à laqueis, & ab aliis innumerabilibus; ita etiam qui divites, & suorum, & hostium petitur infidus; & in majore, quam ille, versatur periculo. Id. in Pl. 10.

Facile amittunt cœlestia, qui terrenis abundant. S. Laur. Jus- tin. l. de cast. connub. cap. 4.

§. VI.

Divites sunt miseri.

Homo quidam erat dives. Luc. 16. 19. Hunc, tamquam du- rum, & in pauperes inhumanum, Dominus anonynum, nominisque expertem, inducit: nempe ut exemplo id confir- met, quod per prophetam de iis aliquando pronuntiaret, qui DEUM non metuunt. Pl. 15. Nec minor ero nominus eorum per labia mea: pauperem vero proprio nomine designat; siquidem ta- les in DEI lingua, & ore, oberfantur. S. Titus Bostr. hic. Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Luc. 16. 20. Ubi ergo nomen divitis? nusquam: quippe qui nomine careat. Quante divitiæ! arbor foliis vernans, sed fructu destituta: quercus in altum protensa, quæ glandem brutis animantibus in cibum sup- pediat. S. Chryl. t. 6. tr. in terra mot.

Leoni X. alchimista librum dedicaverat de arte aurum confi- ciendi. Cum speraret aurum honorarium, tandem Papa crum- enam bene magnam homini dedit, inquiring: quoniam aurum tibi ipse conficere potes, dari tibi solum necesse est, quod illud recondas. Sic DEUS cum iis agit, qui omni studio aurum com- parant: dat eis vacuum crumenam, ut implcant ipsi. Et quia in conatu suo sæpe deficiunt, bursa vacua manet. Hæten per. 3. Exh. 4.

§. VII.

Divitum conditio in morte.

Dormierunt somnum suum, & nihil &c. Pl. 75. 6. Dormierunt enim in cupiditatibus suis; delectat illos: transit somnus ille, transit vita ista; & nihil invenerunt in manibus suis, quia nihil posterunt in manu Christi. Vis aliquid invenire in manibus tuis postea? noli contemnere modò manum pauperis; & respi- ce manus inanes, si vis habere manus plenas. S. Aug. in Pl. 75.

Omnia flumina intrant in mare. Eccl. 1. 7. Cum flumina sint aquarum dulcium, habent tamen fines amarus. Non potest quæ- ri in mari, quoniam sit Tagus? an Nilus? aut alius fluvius? Di- vites hujus sæculi sunt fluvii (divitiæ si offusant) nunc dulces sunt; in morte omnia amarificant, & confunduntur. Diez fer. 6. D. 2. Quadr.

Fili, recordare, &c. Luc. 16. 25. Dentes integros, & valen- tes, summa cura fovemus; putridos extrahi curamus, & abici- mus. E contra pedes sanos laboribus, ambulacione exercemus, in pulvere, & cœno; si deficiunt, eos fovemus. Sic divi- tes, quasi dentes, omnibus in honore; putridi; perditis opi- bus, deficiuntur. Pauperes ut pedes, in Sæculo abjecti, la- boribus exposti; si infirmantur, à DEO cœlestibus recreantur auxiliis; & si moriuntur; beatorum gaudent consortio. Stella hic.